



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

Vsus & contritionis actus formula,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

stoli doctrinam. Probet seipsum Sacerdos, antequam de Pane illo edat, & de Calice bibat. Quam quidem probationem per conscientiae discussionem opportunè faciet, adhibita Confessione, vel saltem contritione, si desit copia Sacerdotis, & necessitas aliqua urgeat ad celebrandum: nam alias nullus Sacerdos sibi conscius peccati mortalis, etiam cui ex officio incumbit celebrare, potest absque Sacramentali Confessione præmissâ, ad sacram Eucharistiam accedere, quantumvis sibi contritus videatur, ut declarat Concilium Tridentinum.

*Vsus contritionis commendatio.*

VI. Quia contritionis facta est mentio, sciat Sacerdos tanti eam esse momenti, ut quantumcumq; gravissimum peccatorem mox in Dei gratiam reponat, & ad salutem sufficiat, modò adsit propositum confitendi, cum præceptum Confessionis obligabit.

*Contritionis definitio.*

Est enim contritio, perfectus animi dolor,

dolor, ob Deum offendit, quem sum-  
mè, & super omnia diligere tenebatur.

*Quando formandus Contritionis actus.*

Frequens proinde ejus usus à viris  
doctis & piis plurimum commendatur:  
Primò potissimum manè, ut Deo recon-  
ciliati opera nostra aliàs mortua, meri-  
toria vitæ æternæ offerre possumus. Se-  
cundò vesperi in examine conscientiæ,  
contra repentinam mortem. Tertiò.  
post peccatum aliquod mortale admis-  
sum, ne inimici Dei perseveremus.  
Quartò ante Orationem, cum non sit.  
*Speciosa laus in ore peccatoris.* Quintò in pe-  
riculo mortis.

Cujus quidem contritionis actus for-  
mari potest ut sequitur.

*Actus Contritionis formula.*

**D**omine Iesu Christe, verè Deus & homo,  
Creator pariter ac Redemptor meus, doleo  
ex intimo cordis, me tuam majestatem offendis-  
se cùm tu sis Deus meus & omnia quem super  
omnia diligere & colere debo. Proinde firmiter  
statuo ac prepono, me non amplius te offendu-

A 6

rum,

rum, sed omnes peccandi occasione: devitatu-  
rum pro viribus, me insuper de noxiis meis con-  
fessurum, & poenitentiam quancumque impo-  
nendam impleturum. Ad pleniorum vero satis-  
factionem hodie tibi offero me ipsum, vitam  
meam, omnes labores meos, omnia denique in-  
teriora & exteriora mea. Et quemadmodum  
delictorum meorum veniam supplex efflagito,  
ita me eam impetraturum confido per infini-  
tam misericordiam ac benignitatem tuam, per  
merita quoque pretiosissimi sanguinis, ac san-  
ctissima Passionis, Te insuper daturum spero  
gratiam emendandi vitam meam, & in bono  
usque in finem perseverandi, intercedentibus  
pro me apud tuam clementiam Beata Maria  
semper Virgine Matre tua, & omnibus San-  
ctis tuis. Amen.

*Propinquior preparatio ante Missam.*

V. Sacerdos celebratus, ex præ-  
scripto Missalis Romani non nihil Ora-  
tioni vacare debet. Itaque sepositis om-  
nibus, se intra se ipsum recipere conetur  
qua maxima poterit efficacia tria se-  
quentia obscundo.

*Puncta Considerationum ante Missam.*

Primo, Præmissa consideratione  
quod